

8389 dis man[ibus sacr.] | Iunia L. f. Cele[rinae matri et aviae?] | Ti. Ti. Claudii Euschemus et Prim[itivus]. | Claudiae Quiane¹ Euschemus sorori, | Primitivus matri, | Euschemus consobrinae Samiariae Arethusaе; | isdem corporibus tralatis perm. trib. pl.², et | Ti. Claudio Epaphrodito tatae bene me. fecer. | et sibi et suis libertis libertabus posterisque | eorum.

Romae (VI 20865 descriperunt Smetius aliique). — 1) Κυάνη? (Momms.). — 2) Permissu tribunorum plebis (hos similiter ut pontifices, cf. N. . . ., permittere potuisse corpora transferri, alibi non traditur. Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 329.

8390 Egnatiae A. f. Aul[inae] . . . | flaminicae in colonia C. . . .¹ | provinciae Narbone[nsis]; | L. Caecilio L. f. Pom. Long[o, cuius] | corpus pontificum perm[issu ex vetere?] | monumento in hoc tral[atam est]. | Egnatia Aulina mammae s[uae] | et Q. Vibio Crispi l.¹ A . .

In Sabinis, loco dicto Frasso prope Trebulan Mutuescam (IX 4881 bis descripta saec. XIX). — 1) l. . . alterum exemplum. — 2) Patronus fuit Q. Vibius Crispus nobilis orator, de quo cf. Tac. ann. 14, 28 cet.; Prosopogr. imp. Rom. II p. 420 n. 379.

8391 [in his] aedificis et locis | [adi]acentibus aedificis, sive is locus ager est, | [P.] Aeli Rufini militis | [omni]bus¹ se possessorem esse ex causa emptionis P. | Aeli Abascanti, patris sui, Alfenio Senecioni subpraef. | class. pr. Mis.² probavit et meruit sententiam, quam ius[su eiusdem Senecionis subpraef. huic titulo] proscripsit. |

Senecio c. c. c.³ dixit: | Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et | loci, de quibus apu[t] me actum est, re ipsa manifestatur. | Cum igitur aedificia solo puro posita deprehende[rim] neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta, ap[paret] venditionem eorum iure factam, ideoque ad Aelium | Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur. | Loci vero sive agri, quem adiacentem aedificis Aelius Abas[cantus, pater Rufini, ab heredibus Patulci Diocletis aequ[e] | mercatus est, cum habeat plurima et dispersis locis sepulchra, ius per venditionem transferri ad emptorem | non potuit. Set cum pater Rufini et postea Rufinus, quamquam non iure facta emptione, semper in possessionem | fuerint, nullo iure eum locum vindicare sibi Patulci pos[sunt]. Plane cum in re praesenti inspexerim [cippum ubi nomen] | erasum⁴ Patulci dicunt, remanere [tamen vestigia scripturae] | experimentia haec verb[a] . . .

Puteolis, postea Neapoli (X 3334 saepius descripta saec. XVI; plerique adnectunt supplementa Neapoli ad lapidem antiquum adiecta). — 1) Melius dixisset: Horum aedificiorum . . . omnium P. Aelius Rufinus miles. — 2) Subpraefecto classis praetoriae Misensis. Idem ut videtur VIII 9046. Filius eius videsur esse supra N. 2618. 3399. — 3) Cum consilio collocutus. — 4) Titulus sepulcralis, in quo Patulciorum nomina erasa erant, extabat Neapoli tempore Accursii X 2826.